Abicit mundus pauperes et honorat
divites. Nota Augustinus dicit quod
corvus est illiquam quod pullos suos
quamdiu non habent plumas abicit
et contempnit nec eos nutrire volt. plumatos
diligit tunc vere celi pascitur. Sic spiritualiter
mundus diligit et honorat habentes pennas
diviciarum et non habentes abicit et contempnit.
Figura huius in libro Iudicum de Dalida que
Sampsonem habentem capillos fecit dormire
in gremio suo, sed postquam perdidit eos abiecit
eum. Ita fecit et Agar [illegible] Que defi-
ciente vino abiecit puerum. Abiciendum
peccatum est quia nidus est dyaboli. Nota avis
quedam facit nidum in medio arboris floride.
Primo portat paleas et plumas, secundo ponit
lutum, tercio ponit ovum, et quarto fovet ipsum do-
nec exeat pullus. Sic spiritualiter dyabolus in cordibus
sobriis facit nidum peccati: primo offendo verba
dissoluta aspectus in cantus et similia que
sunt quasi quedam palea, secundo ponit lutum de-
lectacionis, tercio ovum consensus, quarto fovet illum
consensum donec exeat pullus mali operis.
[illegible] abicere peccatum debemus istum nidum
deserere apponendo ignem caritatis et amoris
dei vel timore ignis inferni quo omnia
ista comburantur et peccatum abiciatur remanente
cum alto istorum spiritus reddit dyabolus sicut gallina